BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh. Seite 217
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



anhelitu fœido. propriumq: est hydropici quanto magis abundat humore inordi
nato. Tanto amplius sitire & ideo recte comparatur ei quem fluxus carnaliū uolup
tatum exuberans adgrauat. Comparatur diuiti auaro qui quanto est copio
sior diuitiis quib: non bene utitur tanto ardentius talia concupiscit.

Et respondens ihs dixit ad legis peritos & pharisaeos
licet sabbato curare. at illi tacuerunt.

Quod dicitur respondisse ihs. ad hoc respicit quod premissum est & ipsi obseruabant eū.
Dns enim nouit cogitationes hominum. sed merito interrogati tacent qui con
tra se dictum quicquid dixerint uident. Nam si licet sabbato curare quare
saluatorem an curet obseruant si non licet quare ipsi sabbato pecora curant.

Ipse uero ad prehensum sanauit ac dimisit.

Prouida dispensatione dns ante legis peritos & pharisaeos hydropicos curat & mox
contra auaritiam disputat. Ut uidelicet per huius egritudinē corporis in illis expri
meretur egritudo cordis. Deniq: post multa disputationis eius hostamenta sub
iunctū est. Audiebant autem omnia haec pharisaei qui erant auari & deridebant illū.
Hydropicus quippe quo amplius biberit amplius sitit. omnis auarus sitim multiplicat qui
cum ea quae appetit adeptus fuerit ad appetenda amplius anhelat.

Et respondens ad illos dixit. Cuius uestrum asinus aut bos in pute
um cadet & non continuo extrahet illum die sabbati.

Sic obseruatoris sui pharisaeos conuincit ut eosdem etiam auaritiae condemnet. si uos
inquit in sabbato asinum aut bouem aut aliud quodlibet animal in puteum decidens
eripere festinatis. Non animal sed uerae auaritiae consulentes. Quanto magis ego
hominem qui multo melior est pecore debeo liberare. Congruenter q: hydropicum
animali quod cecidit in puteum comparauit humore enim laborabat sicut illam mulie
rem quam decem & octo annis alligatam dixerat & ab eadem alligatione soluebat.
Comparauit lumento quod soluitur ut ad aquam ducatur & bene utroq: loco bouem
posuit & asinum. quia siue sapientes quosq: & euetes siue ut supradictum est utrumq:
populum eos significat sentiamus. Cum uidelicet cuius ceruicem iugum legis attri
uit. atque eumquem qui libet seductor repperit quasi butrum animal & nulla
ratione paenitens quo uoluit errore subtraxit. Omnes saluator adueniens sata
nae uinculis adstrictos. omnes in imo concupiscentiae puteo demersos inuenit.
Non est enim distinctio. omnes enim peccauerunt & egent gloriā dī. Iustificati gratis
per gratiam ipsius per redemptionem quae est in xpo ihu.

Dicebat autem & ad inuitatos parabolam intendens quomodo
primos accubitus eligerent dicens ad illos. Cū inuitatus fueris

L clxxvii
v.
m c xvi
m xxv.

L clxxviii
x.
sol.